Quelle: http://manuscripta.at/?ID=912
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



Incipit uita Sci Symeonis Monachi.

Erat igitur Symeon exuto patris suę electus e adolescentia. & meditabatur parere deo & placere illi. Erat autem iste filius Susotion nomine. & mutebatur a parentib; suis. Qui cum factus annorum xvii. pascebat oues patris sui. & mansit ecclam. relictis pecoribus; ingressus e. audiuitq; aplos ibi legi. interrogansq; unum seniorem ait. Dne quid e istud qd legitur? Senex respondit ei. Substantia animę. ut discat homo timere dm ex toto corde. & ex tota mente. Dixit beatus Symeon. Quid e timere dm? Dixit ei senior. Quare me fatigas fili? & ille. quasi dm inquit interrogo te. Ista quę a te audio discere uolo. quia ignarus sum & stultus. Respondit ei senior. Fili siquis ieiunauerit iugiter. & obsecrationes fecerit pmoenita & humiliauerit se ipsum omni hominum. & non dilexerit aurum. neq; parentes. neq; uestimenta. neq; possessiones & honorat patrem. ut matrem. & sacerdotes diplsequitur. hic hereditabit regnum etnum. & qui econtrario ista non custodit. hic hereditabit tenebras exteriores qs paratur ds diabolo & anglis eius. Ista omnia fili in monasterio exaggerantur. audiens hęc beatus Symeon. cecidit ad pedes eius. dicens. Tu es pater mis. & mater mea. & doctor oppum bonorum. & dux ad regna celorum. tu eum acquisisti animam meam. quę iam mergebatur in pditione. Dns tibi red-